UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus

München, 1636

XVII. Hyperduliæ species, Quotidie Lauretanas litanias recitare.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55266

Visual Library

XVII.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Quotidie Lauretanas Litanias recitare.

§. I.

AMor amatæ rei laudes, titulos, encomia amat, ideóque hæc & libenter & frequenter non tantùm cogitatibus,ſed crebris quoque ſermonibus uſurpat. Atque hæc inprimis Berchmanno cauſa fuit, ob quam libenter, ac frequenter, imò quotidie Litanias Marianas Lauretanas recitauit. Nimirum præſtantibus ſuæ Matris B. MARIAE Deiparæ titulis, qui Lauretanis Litanijs continentur, gaudebat, hos diligenter velut ad libellam rationis expendebat, quid quóque ſignificaretur examinabat, ſecúmque diſputabat.

§. II.

Præmium Hyperduliæ

Fuit, quod Berchmannus priuatim Lauretanis in Litanijs quotidie Marianis laudibus titulíſq; aſſueſcens, poſtea publicitùs etiam (vt alibi dicimus) cum ſuis æqualibus in glorioſum potuerit deſcendere certamẽ, quo victoria penes eum ſtetit, qui pluribus B. MARIAM titulis cumulaſſet. Itaq; ſemper ille victor ingenti merito, nunquam victus diſceſſit, animoſque æqualium amore B. Virginis, accenſiſſimus ipſemet, accendit.

XVIII.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Alios ad defendendum B. Virginis immaculatam conceptionem incitare.

§. I.

SOlenne mortalibus eſt, vt, quod credunt, amant, propugnant, etiam ab alijs

alijs